

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Reipub. Platonis, vel, de iusto. Dialogus I.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

hanc tradidit. Ac praeter ceteris multis narranti gratiam habeo. s o c. Bene quidem. Sed ne me prodas, ut deinceps multas eius praeclarasq; de civilibus rebus orationes tibi recenseam. M E N. Bono animo es. Non prodam. Referas modo. s o c. Fiet ut postulas.

REIPVB. PLATONIS, VEL, DE IVSTO. DIALOGVS I.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



VANTO oculus praestat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, finis omnibus quae diriguntur ad finem, status motui, aeternitas tempori, tanto contemplatiua vita actiua praestare videtur. Contemplatio enim actiua & principium est et finis, ducitq; illam pro arbitrio atque sistit, iubens denique inferiores motus, externamq; definire actionem, ut intrinseca stabilitasq; actio liberior tandem possideatur. Sic utique ab ipsa contemplatione Dei caelestes naturalesq; motus, & actiones omnes tanquam a principio ducuntur, & reducuntur, veluti ad finem. Quamobrem Plato noster eo saltem ceteris ciuitatum legumq; conditoribus excellenter, quo ceteri quidem velut humani ad actionem magis ciuitatem instituerunt, ipse vero quasi diuina actionem ciuitatis omnem tam publicam quam priuatam potissimum perducit ad contemplandum, ciuitatemq; constituit superius antequam orbis dominam, neq; tam multis timendam, quam cum suis gentibus venerandam, caelestem quasi Hierusalem pro viribus in terris expressam, in qua sublata propria possessionis gratia contentionebus comunia sint pro ipso iure natura omnibus omnia, communis sit copia, firma concordia, ceterorum una voluntas, ideoq; ad contemplandum semper expedita tranquillitas. Componit autem integram absolutam Reipublicae formam denario librorum numero numerorum omnium integerrimo, numeros tum intra se numeratos continente, tum ex se innumeros replicante. Atque, ut saepe his in libris praecipue in secundo declarat, totam disputationem de iustitia a nobis inscribi mandauit, quam de Reipublica docens, ut arbitror, rem omnem actionemq; & publicam & priuatam, non ad copiam, non ad potentiam, non ad victoriam esse, sed ad ipsam iustitiam penitus referendam. Quae quidem iustitia omni sublata perturbatione, expulsisq; contentione impedimentis ciues tandem reddit expeditissimos ad verum inuestigandum, deumq; colendum. Eiusmodi vero contemplationem atq; cultum Plato noster iudicat praecipuum reipublicae finem: ut quod neque vnus, si solus naxerit, neque plures si simul habitauerint, sine lege efficere possunt, multi saltem ciues communi lege in vnum ciuitatis catum congregati perficiant. Praeterea docet nos Timaeus, & Critias ante ingentem terrarum inundationem Athenas alias extitisse, & apud Graecos, & apud Aegyptios, simulibus inter se legibus gubernatas, quas dea Pallas condidit, educavit, & docuit, eamq; illis tradidit reipublicae formam quam in his libris Plato conscribit. In libris vero de Legibus reipublicam ex gubernatione Cretensi, ex Lacedaemonia, & Attica noua componit, ipsamq; compositionem a Deo inchoat legum omnium autore. Verum ut ad praesentia redeamus, hanc quoque reipublicam felicibus auspicijs exorditur ab ipsis diuina sapientia sacris, a seniorum consuetudine atque consilio, a religiosa iustitia atque sanctitate. Ex eo enim quod & vota Deo, & sua cuiq; reddenda dixerat, incipit iam de priuata quadam iustitia disputare, per quam ad publicam opportune suo loco transibit. Tu vero mento in his a Platone significari, absq; diuina humanaq; iustitia, seniorumq; consilio, ac sapientia diuina fauore, non posse ciuitatem vel ab initio constitui prospere, vel constitutam feliciter gubernari. Deinceps argumentum primi libri perstringens, ex plurimis grauiusq; praecipue necessaria quadam excerptam. Moderata iuuentus facilem efficit senectutem, immoderata difficilem. Qui corporis obsequitur libidibus, proculdubio insanus seruit tyrannus. Animus in senectute sedatis perturbationibus quas secum affert iuuentus, segregatus a corpore, diuina proprius & apertius inspicit. Innocentia sola optimam in posterum spem animo praebet, vincum uitae solamen. Vir sanus mentis ad id in primis pecunias esse viles iudicabit, ut quicquid

vel Deo vouerit, vel homini promiserit, aliterq; debuerit, implet, neq; ob paupertatem adducatur aut mentiri cuiquam, aut vlla in re de fraudare. Pecuniae namq; referenda sunt ad iustitiam, iustitia vero ad uitae alterius praemium. Sed antequam disputationem de iustitia prosequamur, considerandum moneo singula sub allegoria quadam a Platone dissoni. Primo quidem Cephalus senex. i. caput. sicut disputationi caput. Deinde Polemarchus, quod et nomen eius significat, princeps. i. primus moderate pugna aggreditur. Deniq; Thrasymachus, id est pugnator ferox agit asperius. Socrates autem, id est seruator potens ubique ab errore oes, & iniustitia seruat. Sed allegoriam commentarius relinquens ad definitionem iustitiae iam pergamus. Simonidem, Pittacum, Biantem, dixisse ferunt iustitiam esse vera fieri, ac debitum vicique reddere. Quod quidem ita nonnulli interpretantur: Simpliciter verum cuiuslibet aperire, & quod acceperit, restituere. Id autem ideo Socrates improbat, quoniam insano neq; ormine verum patefaciendum est, neque arma reddenda sunt quae sanus dum erat apud te deposuerat. Alij sic exponunt: Dare vicique quod sibi conuenit, ceu amicis emolumentum, inimicis vero damnum, prodesse quidem bonis, malos autem ledere. Id iterum improbat, propterea quod neminem vnquam ledere deceat. Quicunque enim aliquid ledit, id ipsum ad opus suum propriamq; virtutem deterius efficit, & ineptius. ut qui canem ledit, ad propria canis virtutem redit ineptum. Iustitia vero hominis virtus est. Quisquis ergo ledit hominem, ad iustitiam facit deteriorem. At iustitia iustitiam nunquam minuit, sicut neq; musica opus musica destruit. Quamobrem non est iustitia aliquid ledere. Inter haec Thrasymachus, quod & alij multi aliam, obicit Socrati, quod respondere nunquam velit, semper autem interrogare. Te vero latere non debet multis de causis. Socrates quaerere solitum semper potius quam docere. Prima, ut argantes admoneret in omni etate discendum esse potius quam docendum. Secunda, ut significaret veritatem mentibus per opportuna inquisitionem segregatis a corpore atque erroribus, statim insensibilis unitus. Quod & Anticenna magnopere approbat. Tertia, ut ostenderet rerum formas esse a se nostris ingentibus, per quas ipsa rerum veritas animis per interrogationem ad eas conuersis quandoque subiret. Quarta, quo declararet humanam scientiam in negatione quasi falsi potius quam in veri affirmatione consistere. Adducitur deinde finitio iustitiae a Thrasymacho, qualis & a Canicle in Gorgia esse quod est potentioribus vile. Semper enim potentiores dominantur ad utilitatem suam ferre leges, ac subditos gubernare. Tunc vobis ditos iuste agere, cui illis parent legibus, quae sunt ad utilitatem gubernantium constituta. Socrates hunc ad contradictionem tradit. Quonia possit princeps per ignorantiam mandare quae sibi sunt detrimento futura. Quae si obseruet priuatus, tum iniustus erit, qui dominantem pareat: tum iniustus, quonia agit contra dominantem utilitatem. Addit arte quamlibet absolutam, ideoq; minime indignam, in tractandis materijs, & hominibus, non sua, sed rerum sibi committarum utilitati consistere, quasi pupillis tutor, medicus aegris, nautis gubernator: similiterq; magistratum legitimum subditorum utilitati prospicere. Si qua vero ars ceu medicina mercedem exigit, non caritatenus medicina est, cuius finis est morbi curatio, quae scilicet facit, sed quatenus cum mercenaria qualis & quaestuarium consistit. Artes ergo ciuilem omnium perfectissimam, ideoq; minime indignam atq; seruilem constat multo minus utilitatis gratia gubernare. Natio quae Thrasymachus temere, & cum quadam suimet repugnantia adducit contra iustitiam. Tu vero nota non decere quenuquam petere principatum, & magistratus ambire. Item, si quando bonorum virorum esset ciuitas, non aliter pugnaturus gratia non imperandi, quam nunc certent imperandi cupiditate. Tria vero nunc aduerte. Primum, malos non esse admitteudos ad magistratum. Secundum, ciues non malos, qui libeter graue onus gubernandi suscipiant inuitandos, imposito quodam premio stipendij atque honoris. Tertium, probos homines qui neque auaritia, neque ambitione mouentur, eo duntaxat discrimine metuq; prouocari ad rem oportere, ne videlicet ipsi deteriorum iniuste gubernationi subiiciantur. Plato diuinus intelligit, si quis vnquam alius, officij gubernandae patriae, si iustum sit, voluntarium esse debere. Sed pbatisimam ciuis exemplo nult inquam illorum arrogantiam improbare, qui quilibet via semper ambiunt magistratus, dignitatesq; aucupantur. Quia vero ratione dignitatibus ipsi digni sunt, oino non curant. Vult ergo id officij voluntarium esse simul atque necessarium, ut vir pbatisimus libentissimè patriae suae suscipiat gubernacula, sed tunc solum id faciat, quando necessitas postulat, interea vero ceteram contemplationem praestat actioni: verum rebus quandoque urgentibus actionem circa publicum bonum ad tempus contemplationi propriae anteponat. Id totum ex epistola Platonis ad Archytam Tarentinum comprehendendi planissime potest. Confutatur deinceps tyrannicis Thrasymachi dictis, iustitiam quidem in genere inspicere malique, iniustitiam vero

in genere sapientiæ boniq; collocans. quod quidem ideo falsum esse monstratur, quia quælibet ars, sapientia quædam est, atque circa quæ sapiens est, circa eadem est & bona. Vir aut in quavis arte doctus non plus alio docto in actione artificiosa quærit, imò pariter actionem exequi atque similiter. Et quavis doctum ad æquare tantum velit, indoctum tamen vult superare. At indoctus temere nonnunquam plus sibi assumere tentat quam doctus simul atque indoctus. Illi similis est vir iustus, nihil plus habere cupiens alio iusto, sed aliquid tamen. i. virtutis plus iniusto. Iniustus autem indocto similis tam iusto quam iniusto plus habere contendit. Conclude contra Trasymachum, iustitiam quidem ad sapientiæ boniq; genus, iniustitiam verò ad genus insipientiæ maliq; referendum. Adde iniustitiam esse infirmitatis omnium causam. Nam in quolibet cætu odium & discordiam pariens, infirmissimum primo cætum reddit, deinde dissolvit. Eatenus verò consistere cætus potest, quatenus nonnihil distributionis in se servatur. Per iustitiam ergo consistit, per iniustitiam verò dissolvitur. Per illam & sibi inuicem, & alijs est amicus, per hanc iudique inimicus. Quod aut in qualibet congregatione, idem & in quolibet animo iustitia & iniustitia facit, ut iustus quidem secum ipse consentiat, amicusq; sibi sit, & hominibus, atque superis. Illi iniustissimi sunt, ut non mirum sit iustum illis similem etiam amicum esse. Iniustus aut in his omnibus omnino contra se habet. Præterea res quælibet propriam quoddam habet opus. Requirit quoque virtutem propriam, quandam scilicet facultatem per quam aptissime proprium perficiat opus, sine qua id efficiere nequit. Cum igitur anima proprium quoddam habet, cætu consulere atque gubernare, multoq; prius et vivere, propriam quoque virtutem exigit, per quam hæc commodissime peragat, qua sublata laborat. Virtus autem animæ iustitia est, iniustitia verò vitium. Quapropter per iustitiam perfecte consulit, & gubernat, vivitq; feliciter. Sublata verò iniustitia, contra. His diebus primus liber cum quadam correptione concluditur. Nempe cum prius dicendum esset quid iustitia sit quam qualis, factum est hæc tenus e converso, dum Socrates partim disputantes sequeretur, partim per notiora principia disputans, audientium tum ingenio indulgeret, tum facultati consuleret.

SOCRATES, GLAUCO, POLEMARCHVS, THRASYMACHVS, ADIMANTVS, CEPHALVS.



DESCENDERAM heri in Piræum unâ cum Glaucione Aristonis filio, ut & Deam precarer, & celebritatem spectarem, quoniam modo acturi essent, quæ tunc primum agebant. Pulchra igitur mihi patria pompa visa est: sed nihilominus, ut videbatur, deces fuit ea quam Thraces mittebant. Cum verò & preces egissemus, & spectaculo interfuissemus, in urbem regressi eramus. Appexerat autem procul nos redeuntes domum Polemarchus Cephalii filius, servulumq; currentem mittendo, expectare iussit. A tergo igitur veste me apprehendens servus, iubet vos, inquit, Polemarchus manere. Egoq; ad eum conuersus, ubi nam ipse esset, interrogavi. At te pone sequitur, inquit. Verum expectate. Expectabimus respondit Glaucio. Ac paulo post Polemarchus venit, unaq; Adimantus Glaucionis frater, & Niceratus Niciæ filius, & alij coplures, qui à pompa venire videbantur. Igitur Polemarchus, videmini, inquit, o Socrates, tanquam abituri ad urbem contendere. Non male, inquam, coniectas. Vidēsne, inquit, quot sumus? Quidni? Aut ergo his fortiores esse vos oportet, aut manere. Vnū hoc concedetis, inquam, vos videlicet permissuros abire nos, si persuaserimus dimittendos esse. Nunquid persuaderetis, inquit, non audietur. Nequaquam, inquit Glaucio. Perinde itaq; tanquam audituri non simus, inquit, deliberate. Tunc Adimantus, Nescitis, inquit, vesteri facibus cursuq; equorum ludendū in honorem Deæ? Equorū cursu

inquam? Nouum hoc certè, facēsne gestantes, et vicissim illas sibi tradet, equisq; certabunt? An ita dicis? Ita prorsus, inquit Polemarchus. quare aut potentiores sitis necesse est, aut hic maneatis. Nocturna præerea sacra peragent digna certè spectatu. Surgemus. n. post cænam, eaq; sacra spectabimus, aderimusq; illic inter multos familiares, & cōfabulabimur. Sed manete, nec aliter facite. Atq; Glaucio, videtur, inquit, manendū esse. Verum si videtur, inquam, sic facere oportet. Profecti igitur sumus domū Polemarchi, ibiq; reperimus & Euthydemū & Lyfiā Polemarchi fratres, Trasymachū Calcedonium, Charmetidem Paaneū, et Clitophontem Aristonymi filium. Erat & intus pater Polemarchi Cephalus, valde quidē senex, ut mihi videbatur, diu namq; eū non videram. Se debat aut coronatus in quodā cervicali, & sede. In aula enim sacrificauerat. Cōsedimus igitur iuxta eū plerisq; sedibus in orbe dispositis. Quamprimū itaq; me conspicatus est Cephalus, salutavit, dixitq;: O Socrates, raro admodū ad nos accedis, in Piræū descendens. Oporteret aut. Nam si ego adhuc valeā, ut in urbem venire possē, minime opus esset ut tu huc ad nos, sed nos ad te tendere mus. Nunc aut te huc crebro aduentare decet. profectō quāto magis me corporis voluptates desiciunt, tanto cupiditas cōfabulandi, & voluptas quam ex ea re capio, augetur. Hoc igitur age, et unā cū istis iuuenibus huc ad nos veni tanquam ad amicos apprime familiares. Atqui inquam ego, o Cephalus, valde quidē delector senilibus sermonibus. Videtur. n. mihi audire ab his oportere, qui nūā aliā quā iam perfecerint, quæ et nobis fortasse peragēda erit, quam aspera, et difficilis, vel quam facilis sit, et peruisa. Atq; ex te libenter audirem, quidnā de hac re sentias, cū huc ætatis peruenieris, quod in limine senectutis esse poetæ aiunt, verū difficultatē vitæ, vel quō ipsum enuncies. Ego tibi per Jouem, inquit, dicā, o Socrates, quod mihi videtur. Sape conuenimus plerique ferme æquales, antiquum illud seruantes prouerbiū. Plurimi ergo nostrū in eo cætu lamentantur, voluptatum quibus in iuuentute frui licuit, desiderio affecti, & rem veneream & conuiuia cæteraq; generis eiusdem recordati, grauerq; ferunt, tanquam maximis priuati rebus, & tunc quidem se bene vixisse affirmant, nunc aut ne vivere quidem. Nonnulli etiam domesticorum conuiuia contumeliasq; deplorant, & in hoc senectutem maximè accusant tanquam maximum sibi causam malorum. Mihi aut huiusmodi homines haud iure senectutem ut horum causam culpæ videtur. Nā si hæc causa esset, et ego eandem essem passus propter senectutem, & reliqui omnes qui ad id ætatis deuenerunt, verum ego etiam multos non ita affectos inueni, et cū Sophocle nonnunquam fui poeta, qui cū à quodam quoniam pacto in Venereis se habere, interrogaretur, et an posset mulieribus admisceri, recte respondit: Bona verba quæso, o amice, libentissime hæc tanquam furiosum aggressemq; dominum aufugi. Perbelle igitur & tunc illi respondisse mihi visus est, & nunc non minus. Omnino enim ab huiusmodi rebus in senectute multa pax inest et libertas. Quando enim deferbuerunt iam cessaueruntq; libidines, oino hoc Sophocleum accidit, nam à multis dominis, & his insanitibus liberamur. Sed et horū, o Socrates & eorum quæ aduersus familiares dicuntur, una quædam causa est, non senectus, sed mores hominum. nam

Seniles sermones libenter audiēdis

De senectate cōmodis, & incōmodis.

Sophoclis per bellum responsum.

H si mode

si modesti & faciles sint, haud nimis senectus his laboriosa contingit. Sin contrā, & senectus, & iuuentus, o Socrates, his difficilis. Tum ego mirifice his quae dicebat delectatus, plurāq; audire cupiens, ita eū ad reliqua prouocauit. Existimo profecto, o Cephale, multos, quū ita dicas, minimē hęc admittere: Verū putare facile senectutē ferre te propter diuitias potius quā propter mores. diuitibus n. multa solatia adesse dicūt. Vera, inquit, dicis. Non n. admittunt, & dicunt quidē aliquid, non tamen quantum dici posset. Verum illud Themistoclis pulchre se hēt, qui Scriphio cuidā sibi per contumeliam obijcienti, quod non per seipsum, sed eius patriam tantā esset gloriā consecutus, ita respondit. Equidē si ipse Scriphius essem, in eadem gloria uirerē, tu uero si Atheniensis, minimē. Idem quoq; aduersus eos, qui quū non sint diuites, grauitē senectutem ferunt, dici pot, quod neq; vir ipse modestus iniquē senectutem ferret cū paupertate, neq; immoderatus cū diuitijs facile. Verum, aut inquit ego, ex his q; habes plura tibi a maioribus relictā sunt quā acquisuisti, an cōtra? Nonnihil acquisuisti, inquit, o Socrates: medius n. in pecunia exiti inter patrem & auū. Auus nēpe meus Cephalus tātundem ferē quātum nunc mihi est accipiens supra id multum accumulauit. Lysanias aut pater minores etiā eas opes quā nunc sint, effecit. Ego autē sat habeo, si nō minores istis relinquo, sed aliquā uulo maiores quā accepi. Hęc ego ideo interrogāui inquam, quoniā mihi uidebaris non multum diuitias admirari, quod quidem plurimum ij faciunt, qui sibi eas nō peperere. Qui autem illas parauerunt, duplo magis quā alij amāt. Quemadmodum n. & poeta poemata sua, et filios patres diligunt, eodem modō qui acquisiuere pecunias, illi student tanquā operi suo, non ad usum necepsitatemq; ut alij. Ex quo difficilis eorum est familiaritas, cum nihil aliud p̄ter diuitias laudare uelint. Vera, inquit, narras. Et Valde quidem, inquit ego. Sed hoc etiā mihi declara. Quid boni maximē ex diuitiarum possessione te existimas consecutum? Quod, inquit, nō multū fortē persuaderē, si dixerim. Certo scias, o Socrates, quod postquā eō deuenit aliquis, ut breui iam moriturum se opinetur, incidit in eum timor, & cura quaedam eorū quae in superiori uita neglexit. Etenim fabulae quae de inferis dicuntur, quemadmodū eos qui iniuste egerunt penas illic dare oporteat, irrisa haecenus mouent tunc animū, ne fortē uera sint suspicantē. Atq; ipse siue propter senectutis debilitatem, seu quod alteri uita propinquior illa acutius inspicit, sollicitudinis et timoris plenus reditur, atq; reputat examinatq;, si quem iniuria aliqua affecerit. Qui ergo inuenerit multas eius in uita iniquitates, ex ipso somno tanquā pueri frequenter excitus extimescit, & pessima in spe uiuit. Qui autem nullius iniuriā sibi conscius est, huic iucunda spes semper adest optima senectutis nutritrix, quemadmodū Pindarus ait. Scite nāq; ille, o Socrates, illud cecinit. Quicumq; uidelicet iuste sancteq; uitā exigit, dulcis eum spes comitatur cor nutriens, senectutēq; fouens, quae maximē hominum uolubilem gubernat animū. Bene igitur & apprime mirandum dicit. Ad hęc ego existimo pecunia possessionem plurimi faciendā esse, non cuius homini, sed modesto & equo. plurimum ad id confert pecuniarum possessio, ut quū illuc intrepidus proficiscatur, cum neq; inuitum quēpiā circumuenerit, neq;

mentitus fuerit, neq; debeat uel uotas Deo uictimas, uel pecunias homini. Habet p̄terea et uirtutes alias, ac sane permultas. Sed si unum uni cōferatur, o Socrates, nō minimum ego ponerem ad hoc homini mentem habenti, imō plurimum cōferre pecunias. Egregiē loqueris, inquit, o Cephale. Hoc aut ipsum, iustitiam scilicet, utrum ita simpliciter ueritatem dicimus esse, et reddere quod quis acceperit? Vel hęc eadē facere, aliās iustum, aliās iniustum est? Quod hinc apparet. Unusquisq; n. diceret, si quis ab amico sana mentis arma acceperit, idem uero in sanus repetat, nō oportere ea reddi, neq; iustum esse eum qui reddat, uel rursus homini sic affecto uera oīa dicat. Rectē, inquit, loqueris. Nō ergo hęc est iustitia definita, uera dicere, et deposita reddere. Rectē nimium dicis, o Socrates, sermonē subiiciens Polemarchus inquit, siquid credere decet Simonidi. Hic Cephalus, Sermonem uobis trado, inquit. Nā sacra me curare oportet. Nunquid Polemarchus, inquit, tibi haeres est? Et ille quidem arri-dens, est profecto, inquit, et simul ad sacrificandū discessit. Dic, inquit, igitur sermonis haeres, quid rectē dicit de iustitia a Simonide asseris? Quod, inquit, iustum esse dicit debitū unicuiq; reddi. Atq; hęc dices rectē loqui uidentur. Atqui nō facile, inquit, est fidē Simonidi abnegare. Sapiens n. et diuinus uir. Verū quod dicit, tu fortasse intelligis, o Polemarche. ego autē ignoro. Manifestum n. est, non hoc eum dicere quod paulo antē dicebamus, scilicet depositum alicui non sano repossenti reddere. Atq; debitū quodāmodo est hoc, quod depositū est. Nōne? Curē, inquit. Reddendum aut, neq; tamen tunc, quū aliquis nō sanus repetat. Vera dicit, inquit ille. Aliud igitur quā hoc dicit Simonides, quando iustum esse dicit, debitum reddere. Aliud per Ionem. Amicus n. uat amicos bene facere debere, non autē male. Intellegi equidem quod minimē debita redderet ille, qui et a quo depositum accepisset, aurū redderet, siquidem retributio, et receptio noxia foret, amici autē essent iniucem, qui recipit & qui reddit. Nōne sic dicere affirmas Simonides? Sic prorsus. Quid aut inimicus reddendum est quod debitū? Oīno quod illi debetur. Debetur aut inimico, ut arbitror, ab inimico quod cōuenit, malum uidelicet aliquid. Ergo poetis uelaminibus significauit Simonides quid iustum sit. Iudicabat n. ut apparet, iustum esse, tribuere quod cuiq; conuenit. Hoc autem debitum appellauit. Verum quid putas ipsum dicturum, si quis eum roget? o Simonides, quae nam facultas, & quibus, & quid tribuens debitum & conueniens, medicina uocatur? Quid nobis responsurum existimas? Nempe quae corporibus medicamenta, cibos, potiones. Atq; eodem pacto si idem percōteretur, quae ars & quibus & quid praestans debitum & conueniens, coquinaria nominatur, quid illi potissimum respondit? Quae suauia obsonijs condimenta. Age itaq; quae ars & quibus & quid tribuens. Iustitia nuncupabitur? Si ante dicta sequi oportet, ea est iustitia quae amicis uirtutes, inimicis detrimenta reddit. Ergo bene amicos, male inimicos afficere iustitiā dicit. Ita mihi uidetur. Quis maximē pot morbo laborantes amicos bene afficere? Inimicos autē contrā, & ad bonam ualitudinem, & ad malam? Medicus. Quis autē nauigantes ad maris periculū? Gubernator. Iustus uero in qua actione, & ad quod opus maximē potest amicis prodesse, inimicis nocere?

Partiarum quam possessori diuitiarum amor maior.

Pindarus.

Spes nutritrix optima senectutis.

Modestis hominibus plurimum facendum esse pecuniam.

certe? Impugnando & propugnando, ut mihi quidē videtur. Non agrotantibus, o amice Polemarche, medicus est inutilis. Verūm dicis. Non nauigantibus, gubernator. Certē. Nū igitur non pugnantibus iustus inutilis erit? Haud hoc admitto equidem. Vtilis igitur & in pace, iustitia. Vtilis. Agricultura quoq; in pace vtilis. nōne? Et hac. Ad fructuū perceptionem. Sanē. Et coriaria. Viq; ad structurā velut calceorū. Plānē. Quid autē de iustitia? Ad quē vsū aut q̄stū eā in pace vtilē dicis? Ad cōmercia Socrates. Cōmercia verō dicis cōicationes, vel aliud quid? Istud ipsum. Nū igitur iustus bonus & vtilis erit in digerēdis talis cōicator? An ille qui talo ludit? Ille profectō. Atqui in laterū lapidūmue structurā melior & vtilior socius ipso architecto iustus erit? Minimē. Sed in qua cōione iustus melior erit quā citharista cōicator, quemadmodum citharista iusto in pulsandis chordis vtilior? In argento, ut mihi videtur. Non tamen, o Polemarche, ad vendēdū argento, quando oporteret equos vendi argento vel emi. Tunc sanē māgo vtilior esset. An nō? Apparet. Et quādo nauigiū, faber nauis, siue nauta? Videtur. Ad quem igitur cōem vsū auri vel argenti iustus alijs est vtilior? Quādo id deponere volumus, & saluū esse, o Socrates, cupimus. Nunquid dicis, quando nihil oportet ipso vti, sed cōdere? Prorsus. Quādo igitur inutile est argentū, tunc vtilis in ipso iustitia. Apparet. Et quādo falcē oportet custodiri, iustitia vtilis est et priuatim et publicē: quando autē vti, vinearū cultura? Patet. Dices prætereā cū clypeū & lyram opus est custodire, non autē in vsū promere, vtilem esse iustitiā? Quando autē vti his volumus, tunc disciplinā armorū & musicā esse vtilem? Neesse est. Atq; de alijs oibus similiter est dicendū: Iustitiā scilicet in vsu rerum inutile esse, quando verō non vtimur, esse vtilē? Apparet. Nō multo igitur studio, o amice, digna est iustitia, si tantū sit ad inutilia vtilis. Verūm hoc consideremus. Nōne qui aprisimus ad percutiendū est in pugna siue pugili, seu quauis alia, idem quoq; & ad cadendum? Prorsus quidē. Nū igitur & morbū quicūq; vitare & occultare poterit, idē & inferre valebit? Mihi quidē videtur. Atqui exercitus ipsius idem optimus est custos, qui hostium & cōsilia & alias actiones furatur. Sic est profectō. Cuiuscunq; ergo quis aptus est custos, eiusdē & fur est aptus. Apparet. Ergo si maximē seruare argentū poterit iustus, poterit & furari. Ita ratio iudicat. Fur itaq; aliquis esse iustus ipse apparet, viderisq; ab Homero didicisse. Ille. n. Autolyceū maternum Vlysis autē admiratur, eumq; affirmat p̄ ceteris & furto & iureiurādo valuisse. Videtur igitur iustitia & secundū te & secundum Homerū atq; Simonidem furatoria q̄dam facultas esse ad emolumentū quidē amicorum, detrimentum inimicorum. Nōne ita dicebas? Minimē per Iouem. sed nondū noui quid dixerim. Hoc. n. mihi adhuc videtur, prodesse amicis iustitiam, inimicis obesse. Amicos autē dicis tu esse, vtrum eos qui vnicuiq; boni vtilisq; videtur, vel qui sunt, & si non videantur? & inimicos eodē modo? Decens est amare quidē quos bonos et vtilis quis putet, odisse autē quos malos & inutiles arbitretur. Nōne in hoc aberrant homines? ut videantur multi sibi boni & vtilis esse, quī mali sint & inutiles? multi autem contrā? Aberrāt

certē. Istis igitur boni quidem inimici, mali autē amici. Valde quidē. At tamen iustū tunc istis, malos quidem iuuare, bonos autē ledere. Apparet. Atqui boni quidē iusti sunt, talesq; ut nihil perpetrent iniuste. Vera loqueris. Secundum verō sermonē tuum eos qui nulla iniuria afficiant, iustū est ledere. Minimē, o Socrates, praua n. hæc oratio. Iustum ergo eos qui iniurientur ledere, iustos verō iuuare. Probabilior hæc oratio quā superior. Cōtinget ergo multis eorū qui in iudicandis amicis errarūt, iustū esse ut amicos ledāt: mali. n. quandoq; amici ad-sunt: atq; item ut inimicis profint, cū quandoq; sint boni. Atq; ita contraria dicemus eorum q̄ proferrī a Simonide dicebamus. Ita prorsus accidet. Sed retractemus. Vide mur. n. non rectē amicū inimicūq; posuisse. Quid hac in positione dānus Polemarche? Quod diximus amicū esse eū qui bonus & vtilis. Quō id in presentia corrigemus? Amicum dicemus eū qui bonus vtilisq; & videatur, et sit. Eū verō qui videatur quidē, sed nō sit, videri quoq; amicū, nō tamen amicum esse. Atq; eadē ratio de inimico erit. Amicus igitur, ut videtur, hæc rōne bonus erit: Inimicus autē malus. Prorsus. Iubes nos addere iusto ali quid ad ea q̄ dicebamus? Dicebamus porvō iustū esse amico prodesse, inimico nocere. Nunc autē vis dicamus iustū esse, ut amicū qui bonus est, iuuemus: inimicū qui malus est, cōtrā ledamus? Perpulchrē mihi quidē hoc pacto dici videtur. Est igitur viri iusti aliquem hōrum ledere. Decet sanē prauos & inimicos ledere. Detrimēto affe-cti equi, meliorē sūe an deteriores fiunt? Deteriores. Nū ad canum virtutē, an ad equorū potius? Ad equorū. Nōne & canes lasi deteriores ad canū non ad equorū virtutē efficiuntur? Necessario quidem. Hōies itaq; o amice, detrimento affictos, nōne peiores ad virtutem hōrum iudicabimus? Omnino. Atqui iustitia nōne humana virtus est? Est planē. Neesse itaq; erit lasos hōies iniustiores fieri. Videtur. Possuntne igitur, in-quā ego, musici ipsa musica aliquos amicos reddere? Nequaquā. Nunquid & equites equestri, ab equestri peritia alienos? Nō licet. An iusti viri iustitia ipsa iniustos? Et ad summā, virtute ipsa boni malos facere possunt? Nō certē. Non. n. caloris existimo opus esse frigidū ali-quod reddere, sed contrarij. Sic est. Neq; siccitatis humi-dum, sed contrarij. Valde quidē. Neq; igitur boni le-dere est, sed eius contrarij. Videtur. Iustus autē bonus. Oīno. Nō igitur iusti opus est, o Polemarche, nocere iusti opus nō esse nocere alicui. Vel amico vel alteri cuiquā, sed contrarij eius iniusti. Verissima loqui videris, o Socrates. Siquis ergo iustum esse duxerit debita cuiq; tribui, deberi autē intellexerit inimi-cis à iusto dāna, amicis vtilitatem, haudquaquā sapiēs iudicāsus. Neq; n. vera hæc. Cōstitit nāq; nullo modo iustum esse, quenquā ledere. Fateor equidē. Pugna-bimus itaq; vna ego ac tu, si quis hoc asserat vel Simonidē, vel Biātem dixisse, vel Pittacū, vel aliquē aliū sapiētū beatorūq; virorū. Equidē pugnare tecū vna aduersus eum paratus sum. Sed nosti cuius mihi esse hæc sūt a vi-deatur, quā iustū asseritur prodesse amicis, inimicis obesse? Cuiusnam? Periādri esse existimo, vel Perdicca, vel Xerxis, vel Ismenia Thebani, aut alterius cuiusdā opulētū viri, maxī a se posse putātis. Vera nimīū loqrīs. Postquā hoc minimē apparet aut iustitia esse, aut iustū, quod aliud hoc esse quis dixerit? Thrasymachus autem sapius

distulit antibus nobis contradicere concupuerat, sed à præsentibus qui nos audire desiderabant, prohibitus acquieuerat. Postquam verò finem dicendi fecimus, atq; ego hæc dixi, non ulterius se continuit, verum seipsum colligens tanquam fera quædam in nos impetum fecit, quasi nos protinus discerpturus. Itaq; ambo, ego atq; Polemarchus, exterriti sumus. Ille verò exclamavit, quæ vos nugæ hæc tenus, o Socrates, occuparunt? Quæ due inuicè insanitis, vobis ipsis succumbentes? Quòd si reuera nosse cupis iustum quid sit, me interroga solum, neue vincere concupiscere reprehendendo, postquam tibi responsum fuerit, aduertens facilius esse interrogare quam respondere. Sed tu ipse responde quid esse iustum existimes: neq; mihi dicas quod decens sit, neq; quod vtile, neq; proficuum, neq; conducibile, neq; conferens: verum planè & perspicue mihi edisserere quidnam dicas. Neq; n. admittam, si homini nugæ induxeris. Hæc ego audiens, exterritus sum, & ipsum intuitus, metuebã: atq; ut arbitror, nisi prior eum aspexissem quam ipse me, mutus penitus euasissem. Nunc quædo oratione ipsa exasperari cœpit, respexi ad eum prior, quocirca respondere illi potui, subtrementisq; dixi, o Thrasymache, ne nobis sanias. Si n. in sermonis inuestigatione lapsi sumus egoq; & hic, pro certo habeto inuitos errasse nos. proficèdo si aurum rimaremur, nunquã spontè ita succumberemus inuicè inquirendo ut inuentione impediremur. Quare ne existimes, cum in presentia iustitiam perscrutemur, re auro multò preciosiorè, vsque adeò inuicem nos ignaue concedere, ut non oî studio annitamus, quo ipsam planè comperiamus. Sed utputo eã assequi nõ valemus. Quapropter nostri multò magis vos sapientes misereri decet, quam vrgere. Tunc ille hæc audiens, valde Sardonicè profuseq; risit, & o Hercules, inquit, hæc illa solita est Socratis ironia. Verũ hæc ego cognoui atq; prædixi, quòd tu respondere quidè nollis, sed ironia potius vtereris, & deniq; oia faceres potius quam interrogari cuiquã responderes. Sapienter inquit es, o Thrasymache, recteq; nosti, quòd si quem interrogares, quot duodecim sunt, interrogansq; prædiceres, ne mihi dicas amicè duodecim esse bis sex, neq; ter quatuor, neq; sexies duo, neq; quater tria, alioquin minimè homini nugæ admittã, nemo tibi sic interroganti responderet. At si tibi dixerit, quò, o Thrasymache, dicis, ne respondeã eorũ q; prædixi quicquã? Vtrũ, o mirabilis vir, neq; èt si horum aliquid est xij. illud respondeã, sed alienũ quiddam à verò? Vel quo pacto id ais? Quid tu illi ad hæc? Esto, inquit. Sed quàm hoc illi simile est? Nihil prohibet, inquam ego. Quãuis n. simile non sit, si tamè interrogato illi simile videatur, putãtne illum minus ex hoc quod sibi videbitur responsurũ, siue nos interdiciamus, siue non? Sic & tu facies, inquit? & aliquid eorum q; interdixerã, respondebis? Quid mirũ, inquit ego, si inquirenti mihi sic videretur? At si ego aliã responsionem, inquit, de iustitia demonstrauero præter oes istas, istisq; meliorè, qua te dignum pœna putabis? Quãnam alia, inquit ego, quàm ea q; conuenit ignorantibus? Conuenit autè ut à docto discat. & ego igitur hoc pati me dignũ existimo. Quàm facetus es, inquit: verũ pter hoc quod dicis, èt pecuniã tribues. Cũ videlicet aderit. Imò verò adest, inquit Glauco, pecuniã. Dic iã Thrasymache, neq; n. deerit argentũ. Quinetiã nos oes pro Socrate isto spondemus. Ita prorsus existimo scilicet, ut suã Socrates seruã consuetudi-

nem, nihil respondeat, sed respondentis oratione accipiens reprehendat. Quonã pacto inquit vir optimè respondere quia posset, primo quidè qui neq; sciat, neq; scire se p̄dicet: deinde siquid de his existimet, tamè à viro nõ mediocris autoritatis prohibitus sit q; existimat dicere? Sed te magis aquũ est dicere. profiteris n. scire, licetq; tibi differere. Gere igitur mihi morè, neq; inuideas Glauconem istum aliosq; docere. Hæc ego cũ dicere, Glauco cateriq; hoc idè ipsum orabant. Eratq; manifestũ Thrasymachũ maxima cupiditate dicendi affici, ut se ostentaret. Arbitrabatur n. habere optima q; responderet, verum simulabat instare ut ego responderè. Tandem verò concessit. Hæc, inquit, Socratis est sapientia, ipsum quidè nolle docere, sed ab alijs discere, nullamq; gratiã inde referre. Quòd ego ab alijs discam, verũ, inquit, dicis: quòd autè gratiã non referam, procul est à verò. Persoluo n. quã possum, posũ autè laudare tantũ. Argentũ verò non habeo. Quãta verò indulgentia istud efficiã, si quis mihi bene dicere videatur, intelliges mox cũ responderis. Existimo n. te bene dicturum. Audi igitur, inquit ille. Affirmo equidè instum nihil aliud esse quam quod potentiori vtile. Cur nõ laudas? Scio noles. Siquidè didicero, inquit, prius quid dicas. Nunc autè nondũ noui cũ dicis iustum esse quod potentiori est vtile, quid velis inferre Thrasymache. Neq; n. tale quid dicis. Si Polydamas nobis fortior athleta sit, & sibi quidè conferat bouilla ad corpus, hunc cibũ esse & nobis illo debilioribus vtile simul & iustum. Molistus nimianes, inquit, o Socrates, atq; hæc accipis dicta, quã depruare maximè sermonè posũs. Haud est ita vir optimè, quã. Sed tu planius hoc enarra. An ignoras, inquit, nitatũ has quidem à tyrãnis, illas verò à populo, nomina ab optimatibus gubernari? Noni equidè. Nonne in quibus ciuitate id plus pot, quod imperat? Quidni? Fert autè leges principatus quisq; ad suã semper vtilitatè, popularis quidè gubernatio populares, tyrãnica verò tyrãnicas, in caterisq; similiter accidit. Ponentes autè leges, ostendunt id iustum esse his qui subiecti sunt, quod sibi sit vtile, atq; hoc transgredientem puniunt, tanquã iniustũ & cõtrã leges agentem. Hoc igitur est vir optimè, quod ergo dico, in cunctis ciuitatibus idem esse iustũ quod illi principatui conferat. principatus autè vbiq; utpotè potior dominatur. Quare cõstat rectè colligèti, vbiq; idè hoc esse iustũ quod potentiori cõducatur. Nunc demũ, inquit, quid dicas intelligo. Verum autè idne sit, tentabo perdiscere, vtile quidem & tu respondi iustum esse Thrasymache, quãquã mihi ne id responderè, interdixeras. Accedit autè illud vltra vtile, quod dictũ est potentiori. Exigua forsità, inquit, hæc additio. Nondũ manifestum est inquit magnane sit an parua. Sed quòd hoc inuestigandũ sit an vera dicas, perspicuũ est, postquã iustũ esse cõferens quiddã ego confiteor, & tu addis potentiori cõferens, ego autè ignoro, cõsiderãdum erit. Cõsidera, inquit. Faciã, inquit, ac mihi dicas, parere dominantibus iustum esse asserũ? Equidè. Vtrũ qui imperant in ciuitatibus quibuscũq; sine errore sunt semper, an errãt quandoq;? Errare interdũ possunt. Nonne igitur cũ leges ferre aggrediuntur, partim rectè ferunt, partim verò nõ rectè? Sic existimo. Rectè autè ferũt, cũ sibi vtilia statuit: nõ rectè cũ cõtrã? Itãne, an aliter dicit? Ita prorsus. Quã verò tulerint obseruãda sunt ab his qui subiacet. Atq; i. iustũ. Quidni?

Non solū itaq; secundum sermonem tuum iustū est id agere quod cōducatur potentiori, sed contra quoque quod ob sit. Quid aut? Quod & tu. Ut quidē mihi videor. Verū diligentiū inquiramus. Nōne iam conuenit inter nos, principes nonnunquā ea imperare, quae ab eorū utilitate aberrent: atq; et quaecunq; ipsi imperent, iustum esse ut qui subiecti sunt obseruent? Nōne hac inter nos conuenere? Ita ut opinor. Putato igitur inutile imperatibus et potērioribus facere, iustū esse, abs te esse cōcessum: quandoquidē imperantes ea quae sibi mala sunt, ex inscitia imperant. Tu aut iustū esse, affirmas, hac facere quae ab illis imperatur. Nōne tunc, o sapientissime Thrasymache conringit iustū esse contrarium facere eius quod tu dicebas? Quod n. potentioribus inutile est, subiectis quodāmodo imperatur. Hic Polemarchus, Per Ionē, inquit, manifestissima haec sunt, o Socrates. Ita prorsus, si tu testis, inquit Clitopho, accesseris. Quid opus, inquit, est testibus? Ipse n. Thrasymachus cōfiteretur principes nonnunquā quae sibi non cōducant, imperare: quae quidē perfici ab inferioribus, iustū sit. Nam facere, inquit Clitopho, q̄ a principibus imperantur, iustū esse posuit, o Polemarche Thrasymachus. Etenim potēriori, inquit Polemarchus, vtile, o Clitopho, iustū esse posuit. Hac aut utraq; ponens, confessus est rursus quandoq; potentiores quae sibi vtilia non sunt, inferioribus imperare. Ex his aut concessionibus sequitur, ut nō magis quod potēriori vtile quam quod inuile, iustū sit. Ad haec Clitopho, Potentiori, inquit, vtile hoc vocabatur Thrasymachus quod sibi cōferre potērior existimaret, idq; agendū esse subiectis, atq; esse iustū. Sed Polemarchus, Non sic a Thrasymacho dictū est, inquit. Nihil in quā referet, o Polemarche. Quod si nūc ita dicit Thrasymachus, sic & nos accipiamus. & tu mihi dic, o Thrasymache, hōcne est quod iustū dicere uolebas potēriori vtile, scilicet quod ipsi vtile videatur, siue conferat, siue nō conferat? Itāne? Minime, inquit. An verō tu me eū putas, qui aberreret, potētiore vocare cum peccat? Existimabam, in quā, te sic dicere, quādo principes non esse oī no extra errorem, sed peccare quandoq; confitereris. Sycophāta profecto es in sermonibus Socrates. Siquidem circa egrotantes aberrantem, statim medicū appellas, quatenus errat. Vel cōputatorem cum in rōne ponenda peccet, tum eū peccat, secundū hunc errorem. Sed ut existimo, ita loqui cōsueuimus, quod medicus & rōnis supputator et grāmaticus errat. Arbitror tamen nullum istorū quatenus est id quod appellamus quēquā, peccare. Quare secundū exactam rōnem, quando & tu ad viuū resedas, nullus artifex peccat. Quisquis n. peccat, deficiente scientia peccat, in quo sanē nō est artifex. Quapropter artifex, vel sapiens, vel princeps nullus peccat tunc cum princeps est. Sed quis diceret et medicū peccasse, & principē peccasse. Huiusmodi igitur aliquid reddidisse me tibi existimato. Illud verō exacta rōne dicendū, principem quatenus princeps est, non peccaret nō peccantē aut, quae optima sibi sunt, imperare. Hoc verō is qui sub imperio eius sunt, faciendū est. Quamobrē ut a principio dicebam iustū esse aio, quod potēriori conducit, facere. Nū tibi videor, o Thrasymache sycophāta instar calumniari? Et maximē quidem. Putas n. me ex cōposito, inquam, te ita interrogare aggressum, ut modo interrogabā? Atqui penitus, inquit, hoc noui. Sed nihil proficies. Neq; n. me tua lateat

insidia: neq; eū lateant, vim verbis inferre valebis. Minime hoc aggredere, o beate, inquam. Sed nequid tale rursus nobis accidat, distinguē virū principem et potētiorem dicas secundū vulgus, an secundum exactam rōnem, quod & tu paulo ante dixisti: cuius vtile, eū potērior sit, iustū est ut a subiectis efficiatur. Exactissima, inquit, eisdem rōne imperantem dico. peruertere haec tuis istis, si potes, caulationibus Socrates. Equidē nulla in re abs te superior. neq; n. poteris. Putasne, in quā, adeo me furere, ut leonē tondere audeā, & Thrasymacho insidias tēdere? Certē aggressus es, inquit, eū tamen nihil assequi possis. De his satis dictū fuerit, in quā. Sed mihi dicito. Qui recta rōne est medicus, quemadmodū paulo supra ipse dicebas, virū pecuniarum cōquisitor, an egrotatū est curator? Atq; de eo dicas qui reuera sit medicus. Morborū certē curator. Gubernator aut, qui reuera sit gubernator, nautarū princeps est, an nauta? Nautarum princeps. Nihil existimo hoc esse faciendū, quod in nauis nauiget, nec nautā esse vocandū. Non n. propter nauigationē gubernator appellatur, sed propter artē ipsam nauitarumq; principatū. Vera loqueris. Nōne istorū cuiq; aliquid vtile est? Est prorsus. An nō ad hoc tēdit ars, ut quod vtile sit cuiq;, inuestiget atq; p̄beat? Ad hoc ipsum. Nūquid unicuiq; artis est aliquid aliud vtile, q̄ ut sit quāmaximē absolutā? Quō istud interrogas? Quē admodū si me rogaes, an corpori satis sit esse corpus, an cuiuspiā alterius rei indigeat, responderem oī no indigere. Et propter hoc ars quidē medicina nunc inuenta est, quoniam corpus debile et infirmum est, neq; sibi sufficit. Ut ergo huic utilitatē afferat, ipsa ars est inuenta. Sed nū tibi videor vera dicere? Vera prorsus, & inquit. Quid aut? Ars ipsa medicina, vel alia ars, per se quidē ita debilis sit, ut aliqua virtute indigeat, quemadmodū oculi visu, aurē suae auditu, propter quod in ipsi opus sit aliqua arte q̄ inuestiget p̄beatq; quae ad haec eadē conferant? Virū et in ipsa arte inest defectus aliquis, et indiget vnaquaq; ars alia arte, quae ipsi quod vtile consideret, et illa itē alia indiget ad inuestigandum quod aduersus defectum eius conferat? Neque n. defectus, neq; error vllus ulli arti inest. Neq; decet artē utilitatē querere, nisi illi rei cuius est ars. Ipsa aut integrā & inuoluta semper est, quatenus quaeq; tota et imaculata qualis est persueat ipsa. Tu igitur illi rōne sincera & exacta considera, sic ne, an aliter se res habeat. Sic certē. Ergo nec medicina medicina proficit, sed corpori. Ita est. Neq; equestris equestri, sed equis: neq; alia ulla ars sibi ipsi, nō n. indiga est, sed illi cuius ars est. Sic apparet. Atqui, o Thrasymache p̄sunt artes et dominatur illi, cuius sunt artes. Hoc ille quāuis egre, tamē cōcessit. Nulla ergo sciētia in quā utilitatē potērioris inquirat aut p̄cipit, sed imbecillioris, et eius cui imperatur ab ea. Neq; hoc ille negabat, sed parabat ad haec pugnare. Tūc ego alias his addēs, nullus medicus in quā eo quod medicus est, medico cōferre studet aut in eo aliquid p̄cipit, sed egrotanti. Est n. concessum, qui vere quidē medicus est, eum esse dominū corporū, non pecuniarū cumulatorem. Nōne i. concessum? Consensit. Nōne & exactum gubernatorem nauis nautarum principem esse, non nauitā? Et hoc. Haud igitur gubernator talis ac princeps id

inquiret & precipit, quod ipsi gubernatori conferat, sed quod nautis qui ab eo reguntur. Hac quoque ille egre confessus est. Atque hic ego? Neque alius illius inquam Thrasmache in aliquo principatu, & facultate imperans, quis tenuis princeps est, quod sibi conferat, cogitat aut precipit, sed subiecto conducit, & quae dicit quaeque facit, cuncta ad illius utilitatem decorumque dicit et facit. Cum huc deventum esset, omnibusque pateret definitionem iusti in contrarium decidisse. Thrasmachus non respondit quidem ut debuit, sed dicit, inquit, o Socrates, est tibi nutrix? Quidnam? respondere inquam decebat magis quam talia quaerere. Quomiam, inquit, te negligit, & oppletas tibi nares non emittit, cum tamen indigeas, qui neque pecudum, neque pastoris cognoscis officium. Cur istud inquam? Quia putas, inquit, opiliones vel bubulcos pecudum, boismus bonum considerare, pascereque & colere, ad aliud respicientes quam ad dominorum, & ipsorum utilitatem. Et illos qui in urbibus ut decet praesunt, aliter ad eos qui sub illis sunt, existimas respicere, quam tanquam pastor ad oves: et aliud cogitare noctes atque dies, quam unde utilitas ad ipsos proveniat. Atque adeo procul abes ab iusto iustitiaque, & iniusto item & iniustitia, ut ignores iustitiam iustumque alienum esse bonum, ac reuera praesidentis & potentioris emolumentum, detrimentum vero proprium obedientis & subditi: iustitiam vero contra ignavis iustisque hominibus dominari, qui autem parent, facere qua imperanti potiorumque conducunt, illum obsequio beatum reddere, sibi autem ipsis non consulere. Considerare profecto sic decet, o ignavissime Socrates, iustum virum omnino minus iniusto habere. Primum quidem in mutuis commerciis aliquid contrahunt iustus una atque iniustus: in finienda societate semper minus reportare iustus quam iniustus reperietur. Cum vero in rebus publicis aliqua tributa conferenda sunt, iustus plus confert quam sui aequales, iniustus autem minus. Quando autem aliquid inde accipiendum est iustus nihil, iniustus multa reportat. Praeterea si quando magistratu quodam uterque fungitur, si nulla alia iusto iactura contingit, haec saltem illi non deest, ut res domestica deterius per negligentiam disponantur, ex publico autem nihil propterea quod iniustus sit, lucretur. Accedit ad quod domesticos & familiares sibi insensos reddit, cum illis obsequi nulla in re ultra iustum velit. Iniusto vero contra eveniunt. Dico autem quod & supra, ut praeter ceteris ubique lucretur. Hinc ergo considera, si vis iudicare quanto magis conferat privatim sibi iniustum esse quam iustum. Facilem autem discas, si ad extremam perveneris iniustitiam, quae iniuste agentem felicissimum efficit: eos contra qui afficiuntur iniuria, ac neminem iniuste ledere volunt, infelicissimos. Est autem haec tyrannis, quae non paulatim, sed simul omnia aliena usurpat, & claram, etiam, et sacra & sancta, et privata, et publica. Siquis vero in aliqua istorum parte deliquerit, deprehensusque fuerit, mulctatur, et opprobrio subiacet maximo. Etenim sacrilegi, fures, latrones, surreptores, et omnino per singulas quasdam partes peccantes, ab hominibus criminibus nominantur. Sed postquam aliquis ultra huiusmodi rapinas pecuniarum, et civis ipsos in servitutem suam redegit, non iam tantum probrosus notatur vocabulis, sed & beatus et felix vocatur, non a civibus suis tantum, verum etiam ab omnibus qui eum audiunt nequitiam omnem adimplevisse. Non enim ideo vituperant iniustitiam, quicunque eam vituperant, quod eam facere, sed quod perpeti metuant. Hoc igitur pacto o Socrates, iniustitia om-

bus suis partibus absoluta, robustius quiddam est, liberalius, et regalius, quam iustitia: ut ab initio dicebam, id quod potiori confert, iustum est: iniustum vero sibi ipsi vile est, et conferens. Haec cum dixisset Thrasmachus, abire iam mente conceperat, postquam quemadmodum balnei custos sermone plurimum maximo cum impetu auribus nostris infuderat. Non tamen hoc permiserunt qui aderant, verum coegerunt & permanere, & afferre eorum quae dixerat rationem. egoque in primis vehementer rogabam: O beate Thrasmache quasi sermone iactato abire festinas prius quam abunde vel doceas, vel discas, sit ne hoc ut dicis, an secus. An forte putas parvam quandam rem te aggressum esse definire? non autem rationem vitae, quam si quis nostrum acceperit, quod optime vivat? An ego, inquit, putem istud aliter se habere? Videris, inquam, nullam de nobis curam suscipere, neque cogitare utrum peius vitamus, an melius, id nescientes quod tu te scire affirmas. Sed, o bone vir, libere hoc nobis ostende. Neque enim male locaveris beneficium, quod nobis qui tot sumus, confereris. Dicam quidem quod sentio. Nequaquam mihi persuades, iniustitiam maius quam iustitiam lucrum afferre, et si omnis licentia pbeatur, ut quacumque cupit, efficiat. Esto iniustus aliquis, possitque iniuriam facere vel furtim, vel nisi, non tamen mihi persuades maius esse in ipsa iniustitia quam iniustitia lucrum. Quae quidem in sententia non ego tantum fortasse, sed alius aliquis nostrum est. Persuade itaque nobis beate vir non recte iniustitiam pluris quam iniustitiam fecisse. Quo, inquit, amplius persuadebo, si his quae modo dicebam, non es persuasus? Quidnam ulterius faciam? An in animum tibi sermonem impingam? Minime, inquam, peritiam. Sed hoc primum velim ut dictum maneat: vel siquid immutare vis, hoc palam facias, neve nos decipias. Non autem vides Thrasmache ut superiora iterum resumamus, quod cum primo verum medicum definisses agrotantium curatorem, deinde non ita sincere pastorem definiendum putasti, ut quatenus pastor est dux atque custodiat. Immo pascere ipsum oves quantum est pastor arbitratus es, non ad omnium utilitatem, sed ad voraginem potius, non tanquam pastorem, sed conciviam qui vesci debeat, vel pecuniam studiosum qui sit venditurus. Profecto pastorali arti nihil aliud cura est, quam ut id quod custodit, se optime habeat. Nam ipsi quatenus vera pastoralis facultas est, nihil deest quo minus sufficiens sit et optima. Sic ego putabam necesse esse nos consistere, unquam principatum in eo quod principatus sit, nullius alterius bonum prospicere, nisi eius quod sub illo sit, et ab eo curetur, siue privatus sit siue publicus. Tu autem principes in civitatibus, qui vere principes sint, volentesne magistratibus fungi putas? Nequaquam, inquit, puto, sed certe scio. Quid vero, inquam ego, alios principatus, nonne nosti neminem volentem accipere, sed primum ex his requirere, quasi nulla sibi ex imperio tali, sed subiectis potius sit utilitas provectura? Dic age, inquam, nonne quae libet inter se artes diversas ex eo dicimus, quae diversam inter se habent potentiam? Neque enim nunc felix propter opinionem respondeas, ut aliquid perficiamus. Hoc ipso videlicet altera. An non utilitatem unquamque propriam nobis aliquam praebet, et non eodem cum alia quemadmodum medicina quidem sanitatem, gubernatoria in navigando salutem, aliaque similiter? Prorsus quidem. Nonne et primum mercenariae haec non illius potentia. an medicina tu et gubernatoria eandem vocas? vel si quidem velis absolutius definire atque distinguere quemadmodum statumisti, etiam si quis navem gubernans

bernans sanus efficiatur, eo quod sibi navigatio conferat, nihilò magis tamen ob hoc gubernatoriam ipsam, medici nam vocabis? Non certè. Neq; et, ut arbitror, mercenariam, si quis mercenarius ipso ministerio sanus efficiatur. Neq; hanc. Quid aut? Medicinam mercenariam, si quis medicans quæstû faciat? Minime. Nõne & utilitatem cuiuslibet artis propriam quandam esse concessimus? Esto. Si quã igitur utilitatem cõiter nanciscuntur omnes artifices, patet quod cõi quodam vno eodemq; vrentes, ex eo utilitatem hmoi nanciscuntur. Videtur. Dicimus autẽ artifices mercedem accipientes, utilitatem consequi ex eo quod mercenaria arte vtuntur. Quid tũ? Nũ igitur à sua arte cuiq; utilitas hac, scilicet præmij acceptio, prouenit. Sed si volumus diligenter inquirere, medicina quidẽ sanitatem parit, mercenaria quæstum, & architectura ædificium, quæstuaria verò hanc secuta, mercedẽ, & reliqua oēs similiter. Suũ porro quæq; opus perficit, & confert illi ad quod est inuenta. Si autẽ p̄m̄ium ipsi nullũ datur, nũ artifex utilitatẽ ab arte aliquã accipit? Nullã. An igitur neq; et prodest tunc cum gratis operatur? Ego quidẽ existimo. Nõne igitur, ò Thrasy-mache, sicut iam manifestũ est, nulla ars nullũq; magistratus sibi quidẽ utilitatẽ parit, sed quemadmodũ in superioribus dicebamus, quod subiecto cõfert, paret & imperat, inferioris illius cõmodum semper non superioris inspiciens? Ob hæc itaq; ego nuper, ò chare Thrasy-mache dicebã, neminem volentẽ imperiũ suscipere, & alienorũ malorũ vtrò emendationem aggredi, sed p̄m̄ium quære. quoniam qui ex arte rectè acturus sit, nunquã in suũ agit cõmodum, secundum ipsius artis imperiũ, sed ad inferioris utilitatem. Quamobrẽ, ut videtur, præmium ponendum est ijs, qui libetẽ gubernaturi sint, seu argentũ, siue honor, siue pœna, nisi imperiũ capiant. Quo istud ais, ò Socrates? inquit Glauco. Equidẽ duo p̄mia noui, mulctã verò quam dicas, & quò in mercedis parte ponas, non noui. Ergo optimorũ, inquã, p̄m̄ium ignoras, cuius gratia imperat optimi viri, quoties admittunt imperium? An te latet & ambitiosum esse & auarum probro haberi atq; esse? Noui equidẽ, inquit Glauco. Hæc ergo de causa, neq; pecunia, neq; honore ducti, boni hoĩes imperare volũt. Neq; .n. aperte pecuniã magistratus p̄m̄ium accipientes, merce narij vocari volunt: neq; clanculũ, fures. Neq; rursus honoris causa. Nõ .n. ambitiosi sunt. Oportet igitur necessitatẽ illis imponi & mulctã, si impellendi sunt ut velint magistratũ accipere. Quamobrẽ videtur turpẽ haberi, ut quis spontẽ ad imperandũ accedat, neq; expectet necessitatẽ. Maxima verò mulctarũ est, administrationi malorũ subijci, nisi ipse acceperit reip. gubernaculũ. Hæc vtiq; pœnam timentes, magistratus capere probi hoĩes mihi videntur, si quando capiunt: & tunc ad eos accedunt, non tanquã ad bonũ aliquod, neq; tanquã ex his voluptatẽ aliquã capientes, sed tanquam ad rem necessariã, cũ neq; melioribus, neq; similibus se cõmittere valeãt. Quippe si bonorũ virorũ extaret ciuitas, in ea, ut arbitror, haud aliter non imperãdi gratia pugnaretur, quam nũc certetur imperandi cupiditate: ibiq; pateret, reuera legitimũ principẽ nõ suyp̄sius, sed eius qui sub ipso est, cõmoditatẽ respicere. Quare vnusquisq; qui non ames sit, potius eliget aliũ sibi prodesse, quã dũ alijs ipse consulit, sese negotijs implicare. Hoc igitur ego Thrasy-macho nullo

pactõ concedo, iustũ quidem esse, potentioris utilitatem. Verũ hoc deinceps considerandũ, multo autẽ mihi maius videtur esse quod nunc Thrasy-machus dicit, cum iniusti vitam meliõrẽ vita iusti esse affirmet. Tu itaq;, ò Glauco, virũ istorũ tanquã verius eligis? Iusti, inquit Glauco, vitã potiorẽ existimo. Audisti, inquã ego, quot paulo antẽ iniusta vitã bona Thrasy-machus numerabat? Audisti equidẽ, inquit. Nõ tamen assentior. Visne illi mostremus siquo modo possumus, vera eũ minime dicere? Quis dñi velim? inquit ille. Si orationem contrariã orationi illius obijcientes, quasi cõparatione quadã proposita, enumeremus quot insuper bona qui iustus sit consequatur, ac ille rursus conferat sua, oportebit ut tertius aliquis enumeret iterũ metiaturq; bona, quotcunq; vtrig; in vtroq; collegimus. atq; ita iudicibus quibusdã altercatio nem hanc dirimentibus opus erit. Sin autem, quemadmodum nuper cœpimus, alternis concessionibus adductis in medium rẽ ipsam disetiamus, oratores ipsi nos simul & iudices erimus. Sic, inquit, oĩno est. Vter tibi modus magis placet? Iste, inquit, Age igitur, ò Thrasy-mache, responde nobis à principio. Affirmas tu quidẽ extremã iniustitiam extrema iustitia vtiliorẽ esse? Affirmo equidem, & rõnem attuli. Quid ad hoc? Nunquid istorum vnum virtutem, alterũ vitium vocas? Quis dñi? Nõne iniustitiam quidem virtutem, iniustitiam autẽ vitium? An istud fateri vir lepide mihi cõuenit, qui iniustitiã prodesse dicam, iustitiã minime? Quid ergo? Contrarium. An fortẽ iniustitiã vitium appellabis? Nõ, sed valdẽ generosam stultitiã. Iniustitiam ergo nequitia vocas? Ne isthuc quidem. At bonum consiliũ sagacitatẽq;. Nũ iniusti viri Thrasy-mache, prudentes ac boni esse tibi videtur? Quicũq; videlicet ciuitates iniuria afficere possunt, & nationes sibi subijcere. Tu autẽ me fortasse loqui putas de his, qui loculos clanculũ surripuerint. profunt & hæc quidẽ, si lateant, sed astimatione digna non sunt. Imò q; paulo antẽ dicebã, plurimi faciẽda. Equidem quod vis intelligo. Sed admodũ miror, si in parte virtutis & sapientia iniustitiã ponas, in contrarijs verò iustitiã. Oĩno sic pono. Durius hoc iam, ò amice, neq; amplius inuentu facile quod quis dicat. Si .n. conducere quidem iniustitiam posuisses, vitium tamẽ vel turpẽ quoddã esse ipsam cõfessus esses, quemadmodũ alij quidam, aliquid ad hæc secundum ea q; existimantur dicere possemus. Nunc autẽ perspicuum est dicturum esse te & pulchrum & robustũ quiddã iniustitiam esse, cateraq; illi daturum oĩa, q; nos iustitia tribuimus, quandoquidem & in virtute, & in sapientia ponere eã non dubitasti. Verissima profectò vaticinãris. Non tamen desistendum est inquirere disputando, quoad te putem quã cogitas dicere. Mihi nãq; videris Thrasy-mache, in presentia minime cauillari, sed q; tibi vera videntur asserre. Quid tua refert, siue id videatur mihi, siue non videatur, cum rõnem meam non cõfutes? Nihil certè. Sed hæc præterea mihi responde: An iustus videatur tibi plus iusto habere velle. Nullo pacto. Nõ .n. Urbanus esset ut nunc & simplex. Quid aut? plũsne iusta actio? Neq; iusta et actio. Iniusto aut vtrum dignum putaret plus habere, idq; iustũ existimaret, vel cõtra? Existimaret vtiq;, dignumq; putaret, sed nõ posset. Atqui ego isthuc nõ interrogo, sed virũ iusto quidẽ plus hẽre neq; dignũ putet, neq; velit iustus iniusto aut cõ

Alia falsa iustitiã definitio. *Arbitra - xoxusilla.*
 Confutatio eius definitionis.

trā. Sic est profectō. Quid autem iniustus? An aequū
 censet plus habere & iusto & actione iusta? Quidni?
 cū n̄ omnibus plus habere se dignum existimet. Nū igitur
 & iniusto hoīe iniustā actione, iniustus plus habebit,
 & certabit ut in habendo omnes exuperet? Vera
 hæc sunt. Sic itaq; dicimus. Iustū quidē simili non plus
 habere velle, plus autē dissimili: Iniustū verō utroq; plus
 accipere velle. Rectē dixisti. Atqui prudēs & bonus,
 iniustus ipse est: iustus autē, neutrum. Rectē & illud.
 Ergō prudenti & bono similis est iniustus, iustus autē
 minimē. Quid obstat, inquit, quominus qui talis tali-
 bus quoq; similis sit: qui verō non talis, similis non sit?
 Aus belle. Talis igitur est uterq; ipsorum, quales hi qui
 bus similis est. Et quid aliud? Sit ita sanē. sed dicas
 Thrasymache, utrum musicū aliquem voces, aliquē ve-
 rō non musicum. Equidem. Vtrū istorum prudentem,
 Vtrū imprudentem? Musicū sanē prudentē, expertē mu-
 sica imprudentē. Nōne in quibus prudentē, in eisdē &
 bonū: in quibus imprudentē, & malū? Nempē. Eo-
 demq; pacto de medico dicemus? Eodē. Videtur tibi vir
 optime, cū musicus vir lyrā temperat, velle in intensione
 & remissione chordarū, musicum virum exuperare, vel
 dignū putare, ut eo plus assequatur. Minimē. Expertē
 verō musica superare cōtendit? Neesse est. Quid medi-
 cus? in cibo aut potu dicē sine plus assequi, quā aut me-
 dicus alter, aut res ipsa cupit? Nequaquā. Plus autem
 quā medicina artis imperitus? Proculdubio. Vniuersas
 deniq; cōtemplare sciētias et inscitias, si quis tibi videtur,
 qui quidem sciētia habeat, plus sumere velle vel dicen-
 do, vel faciendo, quā alter sciens, non aut eadē ad a-
 ctionem eandemq; & ille qui ipsi similis est. Fortē sic se
 res habeat, neesse est. Quid autē indoctus? nōne plus do-
 cto sibi assumere vellet, atq; et indocto? Fortasse. Sed do-
 ctus, nōne sapiens? Cōcedo. Sapiens autē, nōne bonus?
 Et isthuc etiā. Bonus ergō & sapiens nō vult plus sibi
 quā sui similis vendicare: plus tamen quā dissimilis
 & cōtrarius vult. Videtur. Malus autē & indoctus
 tā simili quā dissimili sibi plus arrogabit. Apparet.
 Nōne iniustus Thrasymache, plus usurpare contendit,
 quā vel similis, vel dissimilis? An ita dicebas? Dice-
 bā equidem. Iustus autē simili quidem nō plus vult, sed
 dissimili. Fateor. Est itaq; similis, iustus quidē sapienti
 & bono iniustus autē & malo & inscio. Apparet. At-
 qui cōcessimus, talem vtrūq; esse, qualis sit is cui similis
 est uterq;. Concessimus planē. Iustus itaq; nobis bonus
 esse sapiensq; apparuit: iniustus autē indoctus & malus.
 Hæc oīa concessit Thrasymachus, nō tamen ea facilitate
 qua ego nunc refero, sed vix atq; pertractus plurimo cū
 sudore: erat quippe tunc astas. Et vidi ego tunc primū
 quod nunquā antea viderā, erubescētem Thrasymachū.
 Cū igitur cōstitisset iustitiā et virtutem esse & sapien-
 tiam, iniustitiam verō vitium & inscitia: Maneat,
 inquā, hoc ita nobis. Dicebamus autē validū ac potens
 quiddā iniustitiam esse. Nōne meministi Thrasymache?
 Memini equidem, inquit. Sed mihi quæ nunc dicis, non
 placent: habeoq; aduersus ea quæ dicā. quæ si adducere,
 certē noui te esse dicturum me concionari. Quare aut sine
 me dicere q̄ velim: aut si tu vis interrogare, interroga.
 Ego autē tibi veluti aniculis fabellas narratibus asseriar,
 & annuam, & abnuam. Nullo pacto p̄ter sn̄ am tuā.

Ut tibi in oībus gratificer, postquam non finis loqui, an
 quid aliud vis? Nihil per Ionē, si istud feceris. sed faci-
 to: ego autē interrogabo. Interrogatio iam. Hoc interrogo
 nunc quod & paulo antē, ut ordine suo in sequenti sermo-
 ne cōsideremus, quō se iustitia aduersus iniustitiā habeat.
 Dictum. n. est potentiorē atq; robustiorē esse iniustitiā
 quā iustitiam. Nunc autē quid noui afferis? Si quidem
 sapientia & virtus est iustitia, facile, ut arbitror, ap-
 parebit robustius esse quā iniustitia, quandoquidē ini-
 stitia inscitia est. nec vllus hoc ignoraret. Verū non ita
 simpliciter agere cupio, sed hac via considerare. Ciuita-
 tē mne aliquam affirmares iniustam esse? & alias ciuita-
 tes velle iniuste in seruitutē redigere, seruasq; sub se mul-
 tas habere? Cur nō? Imō verō hoc summo perē faciat il-
 la q̄ præstantissima erit, & qua ad extremā peruenit
 iniustitiā. Intelligo equidē quod tua hæc erat oratio. Sed
 hoc circa istam cōsidero, utrum hæc q̄ præstantior sit ciui-
 tas ciuitate, absq; iustitia hanc sit potentia habitura, vel
 neesse sit ut habeat cū iustitia. Si quidē, ut tu paulo
 antē dicebas, iustitia ipsa sapientia est, neesse est cū iusti-
 tia. Sin autē ut ego, sine iustitia. Responibus tuis, o
 Thrasymache, valde delector, quoniam non modo annuis,
 & abnuis, sed et p̄clare respōds. Ut tibi gratū faciā.
 Facis tu quidem bene. Sed in hoc quoq; gratificare mihi,
 & dicito. An censēs ciuitatem aliquā vel exercitū, seu
 latrones, siue fures, vel aliū quemuis cœtum hoīum ini-
 ste aliquid vnā agredientiū, perficere posse quicquam, si
 iniuria inuicem se affecerint? Nequaquā. Quid autē si
 ab iniuria abstinerint? Nōne magis? Prorsus. Sed ito-
 nes nāq; Thrasymache, iniustitia, inimicitias, contentio-
 nesq; parit: iustitia verō, concordia & amicitia. Nōne.
 Esto, ne a te dissentiamus. Bene agis vir optime. Sed mi-
 hi & hoc dicito. Si hoc iniustitia opus est, vbi cūq; ini-
 odium gignere, nōne inter liberos & seruos si fuerit, ef-
 ficiet ut inuicem odia atq; cōtentiones exerceant? nulloq;
 pacto possint aliquid ex cōi concordia facere? Omnino.
 Quid autem? Si inter duos hæc sint, nōne dissentient
 inter se, insequenturq; odijs, & inimici erunt & sibi &
 iustis? Erunt sanē. Sin autē in vno insit, o mirifice vir,
 iniustitia, nōne ipsius potentiam dissipabit? Vel nihil
 minus habebit? Nihil minus habeat. Nōne talem aliquā
 vim habere videtur, ut cuiusq; insit, siue ciuitati, siue
 genti, siue exercitui, siue alteri cui libet, primo quidē im-
 potens reddat id cui inest aliquid secum agendi, propter
 dissensionem atq; discordiam, deinde inimicum efficiat ip-
 sum & sibi, & contrario cui libet, atq; iusto? Nōne
 ita? Ita. Atqui & in vno si fuerit, hæc eadem faciet
 omnia q̄ ad naturam suam sequuntur. Primum quidem
 impotentem agendi eum reddet, quum secum ipse dissen-
 tiat, neq; sibi met constet. Deinde & sibi & iustis faciet
 inimicum. An non? Certē. Iusti autem, o amice, sunt
 & dei. Sint. Ergō deis inimicus erit, Thrasymache, vir
 iniustus: iustus autē, amicus. Explere Socrates pro libidi-
 ne, orationis epulo. Nō. n. tibi aduersabor, ne istos mihi
 infensos reddam. Age itaq;, reliqua conuiuij adhibe,
 quemadmodum paulo antē respondens. Constat profectō,
 sapientiores, meliores, potentioresq; ad agendū, iustos esse:
 iniustos autem ne inuicem quidem tractare quicquam pos-
 se. Verū quod dicimus validissimē, in commune si-
 mul aliquid conficere illos posse, qui omnino iniusti sunt.

haud omnino verum est. Non enim abstinere inuicem ab iniuria, si prorsus iniusti essent. Sed liquet in ipsis esse iustitiam quandam quae ipsos ita afficiat, ut se inuicem ledere nolint simul atque alios, per quam agunt quaecumque agunt. Impulsi autem sunt ad iniuste agendum, iniustitia, cum semimali essent. Nam qui ad summum nequitia & iniustitia peruenierunt, perficere omnino nihil possunt. Haec quidem quod ita se habeant, non autem ut tu supra ponebas, intelligo. Vtrum autem & melius uiuant iusti quam iniusti, & feliciores sint, quod quidem postea considerare propositum est, considerandum est. Et, ut mihi quidem videtur, hoc ex his quae diximus, sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de re quadam vili spernendaque, sed quoniam modo uiuendum sit, habetur oratio. Considera iam. Ecce considero. Dic igitur, opusne equi tibi aliquid esse videtur? Mihi quidem. Nunc hoc quidem diceres, & equi & alterius cuiuslibet opus, quod vel solo illo, vel maxime quis exleret? Haud intelligo. Attende sic forte intelliges. Aliamne re quam oculis vides? Minime. Quid vero? aliamne audire quam auribus? Nequaquam. Ergo hac horum opera recte diceremus. Recte. Possesne gladio, & scalpello, & multis alijs, vitis palmites amputare? Quidam? Veruntamen non ita commodes ut falce ad usum hunc fabricata. Est ut dicis. Ergo nonne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profecto. Existimo melius te nunc tenere, quae paulo ante dicebas, quum interrogarem an id cuiusque opus esset, quod vel solo illo, vel melius quam ceteris efficitur. Intelligo iam. Idem mihi cuiusque opus esse videtur. Nonne & virtus tibi esse videtur, cui aliquod opus adscribitur? Reuertamur igitur ad priora. Oculorum dicimus esse opus aliquod? Certum. Ergo nonne et virtus oculorum est? Et virtus. Et aurium opus? Et aurium. Est ergo & virtus. Est. Nonne de reliquis omnibus eodem modo dicendum? Eodem. Nunquid oculi opus suum pulchre aliquando exercerent, virtutem propriam non habentes, sed pro virtute vitium? At quo? Cecitatem nanque fortasse pro visu dicis. Quaecumque illorum sit virtus, nam ad praesens non id quae ro, sed vtrum propria virtute recte suum opus exerceat, vitio vero non recte. Vera loqueris. Nonne & aures sua priuata virtute male suum opus exercebunt? Male. Idemne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age & hac praeterea contemplantur. Estne anima aliquod opus, quod nulla re alia faceres, veluti curare, imperare, consuulere, & alia generis eiusdem? Nunquid haec alteri rei quam a iure tribuere possemus, diceremusque, ipsius propria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum viuere? An non anima opus esse dicemus? Maxime. An non & virtute quandam anima esse dicemus? Dicimus. Nunquid anima quandoque, o Thrasymache, propria virtute priuata opera sua bene explebit? Vel nullo modo poterit? Non poterit. Necesse est igitur malam animam male imperare atque curare, bonam vero hac omnia bene facere. Necesse. Concessimusne virtute anima iustitiam esse, iniustitiam vitium? Concessimus. Iusta ergo anima iustusque, uir bene uiuet, iniustus autem male. Ita secundum rationem tuam apparebit. Qui autem bene uiuit, beatus est & felix. Qui male, contra. Quidam? Igitur iustus felix est, iniustus miser. Sint. At miserum esse non prodest. prodest autem esse felicem. Proculdubio. Nunquam igitur o beate Thrasymache, conducit

bilis erit iniustitia quam iustitia. His epulis crassatius fueris in Dionysio, o Socrates. Apud te quidem comedis Thrasymache, postquam mitior mihi effectus es, difficiliorque esse cessasti. Non tamen abunde vesci contigit, atque id mea quidem causa potius quam tua. Nam quemadmodum epularum audiores homines incontinentesque rapiunt semper quodcumque, in conuiuio superfertur, gustantque illud antequam prioribus dapibus satis vescantur: ita & ipse, ut mihi videor, prius quam inuenire quod principio fuit propositum, quid ipsum videlicet iustum sit, eo praetermissa ad considerandum me contuli, vtrum prauitas sit & iniustitia, siue sapientia virtusque, ac postremo incidente oratione illa quae asserebat, conducibiliorem iniustitiam esse quam iustitiam, non me continui, quin ab illo ad hoc descendere. Quapropter mihi in praesentia ex hac disputatione contingit, ut nihil norim. Quando enim iustum quid sit ignoro, nullo pacto sciam virtusne sit an contra, atque vtrum qui id possidet, beatus sit, vel non beatus.

SECUNDVS DIA- LOGVS, DE RE- PVBLICA.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



SECUNDVS dialogus à trina exorditur diuisione bonorum. Bonum profecto idem est atque expetendum. Expetimus autem aliquid sui ipsius gratia tantum, ut voluptates & gaudium. Aliquid alterius solum gratia, qualia quaecumque laboriosa sunt. Aliquid & gratia sui, & aliorum quae inde sequuntur, ceu cognitionem ad prosperam valetudinem. Iustitiam vero dicit, cum aliorum ex ea sequentium, tum vel maxime sui ipsius gratia expetenda. Sed antequam de iustitia perfecte quicquam desinatur, Glauco, quae praetermissa sunt à Thrasymacho, pro iniustitia patrocinio copiosius elegantiusque, prosequitur, adde & modestius. Ait enim non quae ita sentiat, sed ut pronocet Socratem ad iustitiam acrius defendendam, iniustitiam se laudaturum. Similia quaedam habemus & in Gorgia. Post eum Adimantus, & primus pro iustitia verba facit, praemia illi & humana tribuens & diuina. ubi notabis religiosa quaedam mysteria poetarum. Deinde nonnulla pro iniustitia adducit in medium, personam videlicet, & Socratis, & Thrasymachi referens, addens etiam se non iustitiam vituperare velle, sed quodammodo Socratem irritare. Optat autem laudes audire iustitiae, quae non ab externis, sed ab intrinseca iustitiae natura ducantur, quales afferri ab alijs non consueverint. Tu vero animaduerte non temere Plato non multa hic rursus ad poetas sacerdotesque pertinentia posuisse. ostendit enim in his saepe à poetis saepius à malis sacerdotibus peccandi licentiam provenire. Vbi gentium superstitiones irridet. Praeterea haud ab re in his libris omnium sibi charissimis charissimas sibi personas inferuisse, Glauconem Adimantumque fratres eius, patremque Aristonem. Rursus Socratem nihil in omni eius vita propensius contemplatum, quam seclusis externis affectibus, quidnam sit, quidue faciat virtus ipsa, uitiumque in animo. Quod quidem & sponte & prouocatus deinceps de iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic iniuste nimium praetermissi mirum illud iustitiae praemium ex Musaei mente adductum, per petuam inquam ebrietatem. Quod quidem Musaeus accepit ab Orpheo, id ipsum per Dionysium sacra significante. Hoc illi prophético simile: Inebriabor ab ebrietate domus tuae. Ebrietas ergo sit duplex. Altera quidem sub luna, Letheo inducitur potu: per quam anima extra se posita, et infra se posita obliuiscitur diuinarum circa terrena delirans. Altera vero super lunam neclarea proueniens potione, per quam anima extra se posita, supra se posita morborum mortalium obliuiscitur, suspiciensque diuina quasi primo illorum splendore caligat: siue potius saporem gustans nono quodam calore è priori habitu permittatur. Mox vero perspicue cernit gustatque salubriter, imò vero nutritur. Profecto idea diuina per quam factus est animus, redempti illabitur animo, ceu gustui sa-
por. Ab eo primum suauiter siquid alienum est diluit. Deinde pemi-
tus